



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>






600004135J

30..

696.



P L U T A R C H I
ARISTIDES ET CATO
MAIOR.

EX CODICIBUS ET EDITIONIBUS VETERIBUS
RECENSUIT ET ANIMADVERSIONIBUS
CRITICIS

I N S T R U X I T
CAROLUS SINTENIS.

ACCEDUNT ADAMANTII CORAIS ANNOTATIONES
SELECTAE.



L I P S I A E
SUMPTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE.
MDCCCXXX.

696.

VIRO CLARISSIMO

**IO. CHRISTIANO FEL.
BAEHRIO**

PHILOS. DR. IN ACADEM. HEIDELBERG. PROF.

HANC VITARUM PLUTARCHEARUM EDITIONEM

. D. D. D.

CAROLUS SINTENIS.

P R A E F A T I O.

In harum vitarum editione quod consilium secutus sim, ne lectores ignorent, breviter de ea re indicandum est. Quod duplex unicuique editori impositum est officium, ut orationem scriptoris studeat quantum possit ad pristinam conformare integritatem, et ut interpretationem addat, quae mentem eius aperiat, rerum et verborum accuratam reddat rationem: quum ipsius indoles scriptoris, tum vero virium mearum tenuitas me prohibuerunt ut susciperem integrum. Etenim neminem latet, operum Plutarchi eam esse rationem, ut qui utrasque partes simul recte et iuste velit explere, insigni ac multiplici multarum rerum scientia instructus esse debeat; accedit quod, quae est tristissima sors optimi scriptoris, paucissimi suam in emendandis et explicandis eius scriptis posuerunt operam, ac plerique sic, ut exiguam aliquam partem sibi elegerint, quo factum est, ut quidquid occurrat difficultatis ac negotii, tuis plerumque tibi viribus propulsandum sit. Nam *Danielem Wyttenbachium*, cui palma debetur omnium Plutarchi editorum, ad vitas constat non accessisse, ac qui nuper

insigni virorum doctorum plausa de Platarcho optime mereri coepit *Jo. Christianus Felix Baehrius* hucusque quatuor tantum edidit vitas, easque sic, ut nos quidem permagnam de doctrina eius conceperimus opinionem. Harum vero interpretatio vitarum quum tota mea opera instituenda esset — nam quae alii adnotarunt paucissima sunt — et quae alio tempore uberiore instructa enarratione prodibit vitae Themistoclis editio quum me docuisset, quot impedita esset negotiis, desperabam propter temporis mei angustias me interpretis provincia uti vellem fungi posse, abiectoque interpretationis officio malebam totam operam meam in emendatione ponere scriptoris, ita tamen, ut in locis difficilioribus ne tota exclusa esset interpretatio. Criticam igitur operam quum his vitis dicare constituissem, feci id sic, ut rationem sequerer propemodum eandem, qua usus sum in editione vit. Themistoclis, ita tamen, ut quae ibi brevissime sunt significata, hic tractarem subinde explicatius. Nam illius quidem vitae quoniam ampliorem paro editionem ibi quod satis est loci relictum erit ad reddendam receptarum lectionum rationem; de his duabus vitis cum nihil tale moliamur, non potui hoc negotium alium in locum transferre. Omnibus tamen in locis hoc facere nec volui nec potui, partim quod quo fungor munus temporis perexigui usum mihi relinquit, partim quod cavendum erat, ne spissior evaderet liber, quam bibliopolae rationes suaderent, partim vero quod plerisque in locis rem ipsam loqui arbitrabar.

Porro vero quum, qui critice de scriptore quopiam cupiat bene mereri, aut suo fretus id agere possit ingenio, aut librorum opē utatur vel nondum collatorum, vel denuo excussorum, ego librorum fidem, quorum

quidem in promptu erant lectiones, inprimis sequendam duxi; ubi vero idonea adesse videbatur ratio, ad coniecturas confugi, sive aliorum, sive meas qualescunque. Ac spero equidem, lectores reperturos esse, me modesto ea in re me gessisse. Nam quas ab aliis excogitatas recepi et paucae sunt et tales, quae dudum ab reliquis editoribus erant repositae; de meis vero ipse non admodum honorifice sentio. Nescio enim quo fato meo accidat, ut alias ad inveniendum non impromptus, ubi mente ad id intenta has res agam vix probabile quid extricem. De nonnullis locis per literas suam mihi significavit sententiam vir incomparabilis *Godofredus Hermannus*, quem constat aliorum studia adiuvare lubentissime.

Ad libros manuscriptos autem quod attinet, usus sum ad constituendam orationem trium codd. Parisinorum lectionibus, quas Baehrius, vir clarissimus, Parisiis suos in usus a se excerptas pro suo literas adiuvandi studio rara inter philologos liberalitate mecum communicavit. Ac Baehrio potius quam mihitribuendum est, si compluribus in locis hac editione nostra sui similior factus est Chaeronensis, id, quod eo magis publice profitendum existimavi, quo pluribus suae benevolentiae documentis Baehrius me condecoravit.

Illorum librorum primus litera A. insignitus idem est, cuius lectionibus usus sum quum Themistoclem ederem: de eo igitur in ea editione ipsis Baehrii verbis dictum est in Praefat. p. XVI. 55. — De altero litera D. insigni idem Baehrius Praef. ad Alcibiad. p. X. 5. retulit haecce: — „Parisinus Codex Regius, olim Medicus Nro. 1674, quem litera D consignavi. Est spissus

liber, et ipse forma maxima ac bipartita; notae ceteroquin optimaе, folia continens 659, literis satis perspicuis conscriptas, unde decimo sexto saeculo eum exaratam esse coniiciunt. Continet autem solum Vitas Plutarchi, easque eodem numero et ordine atque illi, quos iam enumeravimus. In plerisque fere cum A convenit, in paucis discrepat, nec nisi ubi cum C conspirat. Pauca deprehendas menda, indeque etiam paucas retractationes et emendationes, eadem fere scribendi compendia, quibus Codicis A librarius est usus, eadem denique scholia iisdemque verbis, quae modo laudatus A, ut procul dubio vel e Codice A descriptus, vel ex eodem certe, quo ille fonte profectus videatur. In ora libri ubivis apparent insignia et corona Henrici quarti, inclyti regis Gallorum.“

His non habeo quae addam, nisi hoc, credibilius mihi videri, ductum esse ex eodem vel consimili, quo cod. A., fonte, quam descriptum ex ipso illo codice; passim enim ab eo discedit. Ceterum desinit libri collatio c. IX. vit. Catonis.

Restat ut dicam de tertio, quem significat litera C. Eius haec est ap. Baehrium l. l. p. IX. 5. descriptio: — „Codex Nro. 1673, membranaceus, valde spissus, optimaе notae liber, forma maxima, a nobis designatus litera C. Fuit olim Ioannis Huraultii Boistallerii, emptusque est in Bibliothecam Regiam coronatis XXX. Continet autem liber, quem decimo tertio saeculo exaratum esse haud indocta manus allevit, solas Vitas Plutarchi, eodem fere ordine, si pauca excipias, quo illi, quos modo memoravimus. Desinit fol. 432. in verba Vitae Pompeii: οὕτως ἐπλευσε συμμαχήσων. Moralia

Opera absunt, literae sunt perquam diffidae et clārae, scripturae compendia paucissima, haud tamen pauca vitia, quibus carent praestantiores, si quid video, codices A et D. Neque raro idem ille verba prorsus omittit, aut ordinem verborum invertit, plane hac in re a reliquis Plutarchi codicibus, quos mihi inspicere licuit, diversus. Quae ipsa reputanti mihi admodum verisimile esse videtur, huncce librum diverso a reliquis fonte manasse, aliamque plane exhibere textus recensionem.

Apparet inde, nulli omnium, qui hactenus collati sunt libri aetate eum esse inferiorem, quinimo fortasse omnibus antiquiorem; nec dubito equidem, quin idem praestantia excedat reliquos. Fateor diu mihi de eius fide ac pretio anceps fuisse iudicium, quoniam plurimis in locis cum a vulgata, tum ab reliquorum scriptura librorum discedit. Quos tamen cum examinasset accuratius, ita animadverti esse comparatos, ut genuinam potius scriptoris quam male sedali nescio cuius proderent emendatoris manum. Ac poteram ego hanc in rem non paucos afferre locos, in quibus istius cod. ope veriore scripturam mihi videor restituisse, sed vetant huius loci angustiae ac facile animadvertet qui diligentius pertractare voluerit. Illud tamen praetereundum est minime, aliquot in locis, nec paucis illis, eodem in libro nonnulla omissa, in quibusdam pleniora servata esse scriptoris verba. Ad omissiones quod attinet, eae pleraeque omnes eius sunt generis, ut damnent quae credibile est ab interpretibus esse addita, non praetermittant quae ab ipso scriptore posita esse probabile videatur. Sic quod Aristid. XII. *πρὸς θ' ὑμᾶς, ὁ Σπαρτιάται, καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας λέγομεν* — cod. omittit ἄλλους, neminem futurum spero, qui temere

factum putet. Vid. not. Porro eiusdem vitae c. XVII. vulgo legebatur: — οὐ πάνυ πρόθυμον ἦν ἔπεσθαι καὶ συμμένειν τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὡς ἀνέστησαν ἐκ τῶν πρώτων ἐρυμάτων ἐφέροντο πρὸς τὴν πόλιν τῶν Πλαταιέων οἱ πολλοί: recte ad speciem. Postrema vero vocabula quum in cod. desint, neque ulla in prompta sit ratio, propter quam videantur excidere potuisse, non obscurum est, addita esse ab iis, qui vel nescirent ex praecedentibus repetendum esse τὸ πλῆθος, vel quum scirent, offenderentur plurali numero verbi. — Similiter c. XXII. codd, A Bodl. 3. Iuntinaeque editionis confirmat scripturam, in quibus vv. ὁ Ἀριστείδης ommissa sunt, v. annot. — Dubia res potest videri ibidem statim post, ubi haec est vulgata librorum scriptura: γράφει ψήφισμα, κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἰρεῖσθαι: bona ac commoda sententia. Atqui vox postrema non est in codice. Iam quum non appareat, quomodo excidere potuerit, illud vero minime lateat, unde traxerit originem, non puto falso iudicio me usum esse, qui voci additiciae notam addiderim. Nimirum addita est ab eo, quem fugeret ex praecedentibus repetendum esse εἶναι, quod qui durius putet, meminerit verba ex psephismate desumpta esse. — Itidem cod. veram servavit scripturam Caton. XV., ubi quae vulgo scripta sunt: τῆς δὲ πολιτείας φαίνεται τὸ περὶ τὰς κατηγορίας καὶ τοὺς ἐλέγχους τῶν πονηρῶν μόνιον οὐ μικρὰς ἄξιον σπουδῆς ἡγησάμενος: repraesentat sic, ut omittat ἄξιον, quod nos quidem non requirimus. De aliis locis, qui partim eiusdem, partim consimilis sunt generis dictum est in annotationibus passim. Quod autem dicebam, eundem librum aliquoties pleniorē servasse Plutarchi

orationem, dictum est propter Caton. c. V. καὶ γὰρ ἰπ-
πων ἀπειρηκότων ὑπὸ νόσου καὶ πόνου τροφαί:—
τῷ χρηστῷ προσήκουσιν: verba νόσου καὶ addidit C.,
in reliquis libris interciderunt. Similiter Cat. XXI. Ἐν
ἀρχῇ μὲν οὖν ἔτι πένης ὢν καὶ στρατευόμενος πρὸς
οὐδὲν ἐδυσκόλαινε τῶν περὶ δίαιταν — ὕστερον δὲ
τῶν πραγμάτων ἐπιδιδόντων ποιούμενος ἐστίασεις
φιλοτίμους φίλων καὶ συναρχόντων ἐκόλαζεν εὐθύς
μετὰ τὸ δεῖπνον ἱμάντι τοὺς ἀμελέστερον ὑπουργή-
σαντας ὅτιοῦν ἢ σκευάσαντας: voc. φιλοτίμους ac-
cessit ex eodem libro. De aliis quibusdam locis dixi-
mus in annot.

Quae quum ita sint, comparatis inter se locis pluri-
mis ac ponderatis momentis omnibus unum illum librum
propter egregiam indolem ac praestantiam inprimis se-
quendum duxi. Unde factum est, ut paulo alia nunc,
quam quae antea fuit in nostra editione textus, quem
vocat, Plutarchei sit ratio; nihilominus tamen non
dubito, quin qui post me ad harum vitarum emenda-
tionem fuerit aggressus non pauca abs me deprehendat
relicta, maxime si librorum nondum collatorum prae-
sidiis usus fuerit. Difficile enim fuit non paucis in locis
iudicium propterea, quod non constat, quam auctori-
tatem secuti sint ii, qui principes Juntinam Aldinam-
que editiones curaverunt, de qua re prudenter Reiskius
in Praefat. p. XX. commonuit haecce: „Duram nobis
profecto crucem fixit heroum illorum, qui primi libros
graecos formarum stannearum ministerio invulgarunt,
sive imprudentia, sive minutiarum fastidium, qui tanti
non facerent, certiores nos facere, unde lectio quacque
ducta esset, bonone an triobolari e codice, an ex in-
genio procusa. Nobis quidem ab antiquis illis tradita

PLUTARCHI
ARISTIDES ET CATO
MAIOR.

EX CODICIBUS ET EDITIONIBUS VETERIBUS
RECENSUIT ET ANIMADVERSIONIBUS
CRITICIS

INSTRUXIT
CAROLUS SINTENIS.

ACCEDUNT ADAMANTII CORAIS ANNOTATIONES
SELECTAE.



L I P S I A E
SUMPTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE.
MDCCCXXX.

696.

P R A E F A T I O.

In harum vitarum editione quod consilium secutus sim, ne lectores ignorent, breviter de ea re indicandum est. Quod duplex unicuique editori impositum est officium, ut orationem scriptoris studeat quantum possit ad pristinam conformare integritatem, et ut interpretationem addat, quae mentem eius aperiat, rerum et verborum accuratam reddat rationem: quum ipsius indoles scriptoris, tum vero virium mearum tenuitas me prohibuerunt ut susciperem integrum. Etenim neminem latet, operum Plutarchi eam esse rationem, ut qui utrasque partes simul recte et iuste velit explere, insigni ac multiplici multarum rerum scientia instructus esse debeat; accedit quod, quae est tristissima sors optimi scriptoris, paucissimi suam in emendandis et explicandis eius scriptis posuerunt operam, ac plerique sic, ut exiguam aliquam partem sibi elegerint, quo factum est, ut quidquid occurrat difficultatis ac negotii, tuis plerumque tibi viribus propulsandum sit. Nam *Danielem Wyttenbachium*, cui palma debetur omnium Plutarchi editorum, ad vitas constat non accessisse, ac qui nuper

insigni virorum doctorum plausu de Plutarcho optime mereri coepit *Jo. Christianus Felix Baehrius* hucusque quatuor tantum edidit vitas, easque sic, ut nos quidem permagnam de doctrina eius conceperimus opinionem. Harum vero interpretatio vitarum quum tota mea opera instituenda esset — nam quae alii adnotarunt paucissima sunt — et quae alio tempore uberius instructa enarratione prodibit vitae Themistoclis editio quum me docuisset, quot impedita esset negotiis, desperabam propter temporis mei angustias me interpretis provincia uti vellem fungi posse, abiectoque interpretationis officio malebam totam operam meam in emendatione ponere scriptoris, ita tamen, ut in locis difficilioribus ne tota exclusa esset interpretatio. Criticam igitur operam quum his vitis dicare constituissem, feci id sic, ut rationem sequerer propemodum eandem, qua usus sum in editione vit. Themistoclis, ita tamen, ut quae ibi brevissime sunt significata, hic tractarem subinde explicatius. Nam illius quidem vitae quoniam ampliorem paro editionem ibi quod satis est loci relictum erit ad reddendam receptarum lectionum rationem; de his duabus vitis cum nihil tale moliamur, non potui hoc negotium alium in locum transferre. Omnibus tamen in locis hoc facere nec volui nec potui, partim quod quo fungor munus temporis perexigui usum mihi relinquit, partim quod cavendum erat, ne spissior evaderet liber, quam bibliopolae rationes suaderent, partim vero quod plerisque in locis rem ipsam loqui arbitrabar.

Porro vero quum, qui critice de scriptore quopiam cupiat bene mereri, aut suo fretus id agere possit ingenio, aut librorum ope utatur vel nondum collatorum, vel denuo excussorum, ego librorum fidem, quorum

quidem in promptu erant lectiones, inprimis sequendam duxi; ubi, vero idonea adesse videbatur ratio, ad coniecturas confugi, sive aliorum, sive meas qualescunque. Ac spero equidem, lectores reperturos esse, me modestè ea in re me gessisse. Nam quas ab aliis excogitatas recepi et paucae sunt et tales, quae dudum ab reliquis editoribus erant repositae; de meis vero ipse non admodum honorifice sentio. Nescio enim quo fato meo accidat, ut alias ad inveniendum non impromptus, ubi mente ad id intenta has res agam vix probabile quid extricem. De nonnullis locis per literas suam mihi significavit sententiam vir incomparabilis *Godofredus Hermannus*, quem constat aliorum studia adiuvere lubentissime.

Ad libros manuscriptos autem quod attinet, usus sum ad constituendam orationem triam codd. Parisinorum lectionibus, quas Baehrius, vir clarissimus, Parisiis suos in usus a se excerptas pro suo literas adiuvandi studio rara inter philologos liberalitate mecum communicavit. Ac Baehrio potius quam mihitribuendum est, si compluribus in locis hac editione nostra sui similior factus est Chaeronensis, id, quod eo magis publice profitendum existimavi, quo pluribus suae benevolentiae documentis Baehrius me condecoravit.

Illorum librorum primus litera A. insignitus idem est, cuius lectionibus usus sum quum Themistoclem edere: de eo igitur in ea editione ipsis Baehrii verbis dictum est in Praefat. p. XVI. 55. — De altero litera D. insigni idem Baehrius Praef. ad Alcibiad. p. X. 5. retulit haecce: — „Parisinus Codex Regius, olim Medicus Nro. 1674, quem litera D consignavi. Est spissus

liber, et ipse forma maxima ac bipartita; notae. ceteroquin optimaë, folia continens 659, literis satis perspicuis conscriptus, unde decimo sexto saeculo eum exaratum esse coniiciant. Continet autem solum Vitas Plutarchi, easque eodem numero et ordine atque illi, quos iam enumeravimus. In plerisque fere cum A convenit, in paucis discrepat, neq. nisi ubi cum C conspirat. Pauca deprehendas menda, indeque etiam paucas retractationes et emendationes, eadem fere scribendi compendia, quibus Codicis A librarius est usus, eadem denique scholia iisdemque verbis, quae modo laudatus A, ut procul dubio vel e Codice A descriptus, vel ex eodem certe, quo ille fonte profectus videatur. In ora libri ubiuis apparent insignia et corona Henrici quarti, incltyti regis Gallorum."

His non habeo quae addam, nisi hoc, credibilius mihi videri, ductum esse ex eodem vel consimili, quo cod. A., fonte, quam descriptum ex ipso illo codice; passim enim ab eo discedit. Ceterum desinit libri collatio c. IX. vit. Catonis.

Restat ut dicam de tertio, quem significat litera C. Eius haec est ap. Baehrium l. l. p. IX. 5. descriptio: — „Codex Nro. 1673, membranaceus, valde spissus, optimaë notae liber, forma maxima, a nobis designatus litera C. Fuit olim Ioannis Huraultii Boistallerii, emptusque est in Bibliothecam Regiam coronatis XXX. Continet autem liber, quem decimo tertio saeculo exaratum esse haud indocta manus allevit, solas Vitas Plutarchi, eodem fere ordine, si pauca excipias, quo illi, quos modo memoravimus. Desinit fol. 432. in verba Vitae Pompeii: *οὐκ ἐπλευσε συμμαχίῃων*. Moralia

Opera absunt, literae sunt perquam diffidae et clārae, scripturae compendia paucissima, haud tamen pauca vitia, quibus carent praestantiores, si quid video, codices A et D. Neque raro idem ille verba prorsus omittit, aut ordinem verborum invertit, plane hac in re a reliquis Plutarchi codicibus, quos mihi inspicere licuit, diversus. Quae ipsa reputanti mihi admodum verisimile esse videtur, huncce librum diverso a reliquis fonte manasse, aliamque plane exhibere textus recensionem. Apparet inde, nulli omnium, qui hactenus collati sunt libri aetate eum esse inferiorem, quinimo fortasse omnibus antiquiorem; nec dubito equidem, quin idem praestantia excedat reliquos. Fateor diu mihi de eius fide ac pretio anceps fuisse iudicium, quoniam plurimis in locis cum a vulgata, tum ab reliquorum scriptura librorum discedit. Quos tamen cum examinasset accuratius, ita animadverti esse comparatos, ut genuinam potius scriptoris quam male sedali nescio cuius proderent emendatoris manum. Ac poteram ego hanc in rem non paucos afferre locos, in quibus istius cod. ope veriore scripturam mihi videor restituisse, sed vetant huius loci angustiae ac facile animadvertet qui diligentius pertractare voluerit. Illud tamen praetereundum est nimis, aliquot in locis, nec paucis illis, eodem in libro nonnulla omissa, in quibusdam plura servata esse scriptoris verba. Ad omissiones quod attinet, eae pleraeque omnes eius sunt generis, ut damnent quae credibile est ab interpretibus esse addita, non praetermittant quae ab ipso scriptore posita esse probabile videatur. Sic quod Aristid. XII. πρὸς δ' ὑμᾶς, ὃ Σπαρτιάται, καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας λέγομεν — cod. omittit ἄλλους, neminem futurum spero, qui temere

factum putet. Vid. not. Porro eiusdem vitae c. XVII. vulgo legebatur: — οὐ πάνυ πρόθυμον ἦν ἔπεσθαι καὶ συμμένειν τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὥς ἀνέστησαν ἐκ τῶν πρώτων ἐρυμάτων ἐφέροντο πρὸς τὴν πόλιν τῶν Πλαταίων οἱ πολλοί: recte ad speciem. Postrema vero vocabula quum in cod. desint, neque ulla in promptu sit ratio, propter quam videantur excidere potuisse, non obscurum est, addita esse ab iis, qui vel nescirent ex praecedentibus repetendum esse τὸ πλῆθος, vel quum scirent, offenderentur plurali numero verbi. — Similiter c. XXII. codd. A Bodl. 3. Iuntinaeque editionis confirmat scripturam, in quibus vv. ὁ Ἀριστείδης ommissa sunt, v. annot. — Dubia res potest videri ibidem statim post, ubi haec est vulgata librorum scriptura: γράφει ψήφισμα, κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἰρεῖσθαι: bona ac commoda sententia. Atqui vox postrema non est in codice. Iam quum non appareat, quomodo excidere potuerit, illud vero minime lateat, unde traxerit originem, non puto falso iudicio me usum esse, qui voci additiciae notam addiderim. Nimirum addita est ab eo, quem fugeret ex praecedentibus repetendum esse εἶναι, quod qui durius putet, meminerit verba ex psephismate desumpta esse. — Itidem cod. veram servavit scripturam Caton. XV., ubi quae vulgo scripta sunt: τῆς δὲ πολιτείας φαίνεται τὸ περὶ τὰς κατηγορίας καὶ τοὺς ἐλέγχους τῶν πονηρῶν μῶριον οὐ μικρὰς ἄξιον σπουδῆς ἡγησάμενος: repraesentat sic, ut omittat ἄξιον, quod nos quidem non requirimus. De alijs locis, qui partim eiusdem, partim consimilis sunt generis dictum est in annotationibus passim. Quod autem dicebam, eundem librum aliquoties plenior servasse Plutarchi

orationem, dictum est propter Caton. c. VI. καὶ γὰρ ἰπ-
πων ἀπεκρηκόντων ὑπὸ νόσου καὶ πόνου τροφαί:—
τῷ χρηστῷ προσήκουσιν: verba νόσου καὶ addidit C.,
in reliquis libris interciderunt. Similiter Cat. XXI. Ἐν
ἀρχῇ μὲν οὖν ἔτι πένης ὢν καὶ στρατευόμενος πρὸς
οὐδέν ἐδυσκόλαινα τῶν περὶ διαίταν — ὕστερον δὲ
τῶν πραγμάτων ἐπιδιδόντων ποιούμενος ἐστιάσεις
φιλοτίμους φίλων καὶ συναρχόντων ἐκόλαζεν εὐθύς
μετὰ τὸ δεῖπνον ἱμάντι τοὺς ἀμελέστερον ὑπουργή-
σαντας ὅτισιν ἢ σκευάσαντας: voc. φιλοτίμους ac-
cessit ex eodem libro. De aliis quibusdam locis dixi-
mus in annot.

Quae quum ita sint, comparatis inter se locis pluri-
mis ac ponderatis momentis omnibus unum illum librum
propter egregiam indolem ac praestantiam inprimis se-
quendum duxi. Unde factum est, ut paulo alia nunc,
quam quae antea fuit in nostra editione textus, quem
vocat, Plutarchei sit ratio; nihilominus tamen non
dubito, quin qui post me ad harum vitarum emenda-
tionem fuerit aggressus non pauca abs me deprehendat
relicta, maxime si librorum nondum collatorum prae-
sidiis usus fuerit. Difficile enim fuit non paucis in locis
iudicium propterea, quod non constat, quam auctori-
tatem secuti sint ii, qui principes Juntinam Aldinam-
que editiones curaverunt, de qua re prudenter Reiskius
in Praefat. p. XX. commonuit haecce: „Duram nobis
profecto crucem fixit heroum illorum, qui primi libros
graecos formarum stannearum ministerio invulgarunt,
sive imprudentia, sive minutiarum fastidium, qui tanti
non facerent, certiores nos facere, unde lectio quaeque
ducta esset, bonone an triobolari e codice, an ex in-
genio procusa. Nobis quidem ab antiquis illis tradita

omnia casta, sancta, intemerata habenda atque amplectenda sunt, quia negatum nobis nunc est malae fraudis eos arguere. Per ego tamen vereor, ne nos saepe nubem pro Iunone, coniecturas alicuius typographici correctoris pro fide atque veritate lectionum ab antiquitate traditarum, amplectamur.“ De ea igitur re quoniam certam iudicium hodie ferri nequit, ubi ad sensum nihil interesse videbatur, retineremne quod ab principibus edditt. traditum est, an reciperem aliud quid ex codd. meis, servandam duxi propagatam per aliquot saecula scripturam. Accedit quod in tanta codd. paucitate, qui ad hunc diem explorati sunt, diversae eorum familiae minime possunt dignosci: quae res quantum contineat momenti ad verba probabiliter constituenda complures docent nuperae aliorum scriptorum editiones. Ceterum hoc quidem vix opus est ut moneam, illum quoque codicem, cuius de praestantia exposuimus, ut omnino nullum, vitis non plane carere.

Ad editiones veteres quod attinet, conferendas putavi Iantinam, Aldinam Basileensesque, quas Reiskius quidem tam negligenter inspexit, ut multo maiorem lectionum partem praeterviderit; paulo melius hoc officio functus est Huttenius, etsi eius quoque maiorem requiras diligentiam. Ita quod Aristid. I. pro τῷ φρονεῖν in Iunt. scriptum est τῷ σωφρονεῖν annotare neglexit; porro Aristid. XV in vv. ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, postremi nominis defectum in Iantina editione non indicavit, neque hoc, in eadem editione c. XVII. pro τὰς περὶ τὸν β. scriptum esse περὶ τὸν β., omisso articulo; c. XIX. pro αὐτὸν ἀπιέναι exhibere αὐτὸν ἀπειναι, ibidemque pro τοὺς ἐπιφανεστάτους καὶ praebere τοὺς ἐπιφανέντας αὐτοῖς καί; c. XXV. αἰσχύνεσθαι pro

αἰσχυροῦσθαι δέ: c. XVIII. H. Stephanum secutus falso narrat verba καὶ τὰς — συμπληρόμενοι etiam ab Iunt. abesse: c. XXII. init. indicare debebat in Iunt. alium esse verborum ordinem quam vulg., et c. II. articulum ante *φιλοτιμίᾳ* ab Ald. abesse; c. XXIII. *ἐνύχνα* pro *ἐντύχνα* etiam in Ald. scriptum esse, Caton. c. I. καὶ ante *πραγμάτων* in Iunt. recte omissum esse, ibidemque c. IV. pro *οὐδένα δέ πώποτε* edd. vet. omnes praebere *οὐδένα πάποτε*: c. V. *ἀποδέχοντο*, lectionem vulgatam, Stephani esse; recte in edd. vet. scriptum esse *ἀποδέχονται*, et mox ibidem pro *μείλι-
ρον* easdem habere *μειλίχιον*: c. VIII. pro *σπουδῇ
περὶ αὐτὸν ἐγένετο* in edd. vet. esse *σπουδῇ π. α. ἐγένετο*, et c. XXIV. in vv. *Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναίων
τύραννον* in iisdem omissum esse articulum.

Sed nolo plura afferre, quae eiusdem farinae sunt, ne lectorum patientia abutar insolentius; qui quae a nobis enotatae sunt lectiones cum iis, quas reliqui editores attulerunt, comparaverint, facile de ea re ipsi poterunt iudicare. Nos quidem hanc nobis scripsimus legem, ut afferremus discrepantias omnes, iis tantum praetermissis, quae levissimae neque ullius viderentur pretii. Unde simul id sumus assecuti, ut aliquot vitia, quae superiorum editorum incuria orta in omnes reliquas editiones bona fide recepta erant detegeremus feliciter. Ex quibus quae Bryano tribuenda sint iudicare nunc non possumus: Reiskii quidem culpa videtur accidisse, quod Aristid. c. V. ante *Λεοντίδα* in reliquis edd. omissus est *τῇ* articulus, quem praestant codd. et H. Stephanus: similiter articulus *τῇ* ante *Εὐρώπῃ* Aristid. IX. excidit ex Hattēni editione, unde desideratur apud Co-raem ac Schaeferum. Contra Reiskius H. Stephanum

Lycurg. c. XXV. ὥσπερ τὰς μελίττας — hisce: Προϊὼν δὲ (c. XXX.) Μελίσσας ἐρεῖ· καθὰ καὶ Θάλατταν, καὶ Θάλασσαν, καὶ Φυλάσσω, καὶ Φυλάττω, καὶ ὁλως μυρίας ἄλλας τοιαύτας ἀνωμαλίας διαλέκτου, εὐρήσεις, οὐ μόνον παρὰ Πλουτάρχῳ, ἀλλὰ παρ' ἅπασιν, ὡς εἰπεῖν, τοῖς κατ' ἐκείνο τοῦ χρόνου γράψασι, τὸ μὲν τῶν γραψάντων αὐτῶν πλημμελεία, ὑπὸ τοῦ σάλου τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον χωρούσης γλώττης ἄλλοτ' ἄλλοσε φερομένων, τὸ δὲ καὶ δι' ἀμαθίαν τῶν ἀντιγραφέων. Καὶ καλῶς μὲν ἔχει ἅπαξ ἐπισημῆνασθαι τὰ τοιαῦτα· τὸ δὲ διορθοῦν πειραῖσθαι, ἐπὶ τὸ ὁμοειδὲς ἐκάστοτε μεταρρύθμιζοντας, πρὸς τῷ δυσανύστω καὶ πέρα τοῦ προσήκοντος ἂν εἴη περίεργον. Porro T. I. p. 423. ad Solon. c. XXVII., ubi brevissimo intervallo se excipiunt θάλαττα et θάλασσα, : Σημειῶσαι τὴν ἀνωμαλίαν τῆς γραφῆς ἐν οὕτῳ βραχεῖ διαστήματι, ἧς εἴτε χρὴ τοὺς ἀντιγραφεῖς, εἴτε Πλούταρχον αὐτὸν αἰτιάσθαι χαλεπὸν ἐστὶ διαγνῶναι.

Ab Schaefero de eadem re in annotat. ad Plutarchum nuperrime editis commemini dictum esse bis, ad Vol. I. p. 152. 6. et p. 334. 8.: quae priore loco scripsit haec sunt: „optimum sit in talibus refingendis meliorum librorum auctoritatem ita sequi, ut anomaliam, si qua relinquitur, non averseris.“ Paulo contemptius de eadem re disputat altero loco (ad Alcibiad. XXV.): „φυλάσσεσθαι: cod. Paris. φυλάττεσθαι. Quod cupidissime amplectentur qui tales delicias in scriptoribus ceterioris aetatis depereunt: quorum ut augeam gaudium, obiter moneo p. 336. 8. aliquot libros Pariss. dare θαλάττης ibidemque v. 30. θάλατταν. Ego, utramcunque formam his in locis praeferas, non multum angor.“

Haec monenda putavi quum propterea, ne quis inconstantia factum arbitretur, quod utramque formam admisi promiscue, tum ut qui amplius ea de re cupiat quaerere, quaerere autem non potest, nisi qui nondum collatos eosque bonos nactus fuerit libros, haberet quibus uti posset.

Elisiones apud me multo pauciores inveniuntur quam apud reliquos editores, qui pro lubito vel hiatum vel elisionem induxerunt. Nos vero hac quidem in re unice ex codd. vel edd. vet. auctoritate pendere volumus, non quod hiatu valde delectaremur, sed quod noluimus quidquam pro lubricitate constituere. Non est nobis nunc animus in re levissima immorari diutius, illud unum addo, Schaeferum quidem suo ipsius praecepto: vocem post quam interpungatur, non posse *Elisionem* pati: (Apparat. ad Dem. Vol. I. p. 219. not. cl. ad Plut. T. I. p. 316. 36.) illuisse saepissime.

Annotationum *Schaeferi*, quae nunc ipsum typis exscribuntur, contigit mihi amici opera eas inspicere plagulas, quae animadversiones ad has vitas continent; neque tamen sic poteram iis uti, ut cuncta examinarem accuratius, maxime ea, quae vir clarissimus ad vitam Aristidis commentatus est, quoniam in eo eram, ut annotationes meas operis traderem typis exscribendas. Aliquot in locis veriora me docuit vir eruditissimus, non paucis in locis vidî eum mecum consentire, in aliis eius iudicium probare non potui, praesertim ubi non recta, ut ego arbitror, inductus opinione de Anonymarum ac Vulcobianarum pretio lectionum reposita vellet, quae interpretis ac glossatoris sunt. De qua re tanto magis li-

PLUT. ARIST. ET CAT. M.

b

bere profitendum duxi, quo gravior Schaeferi, multis modis de Plutarcho optime meriti, est auctoritas.

Quae in appendice a me adiectae sunt selectae *Adimantii Corais* annotationes non ingratas fore spero plerisque, quoniam paucis propter insignem editionis et caritatem et raritatem in his terris Corais opibus uti concessum est. Quod autem integras repetere nolui, non mirabitur qui indolem eius editionis cognitam habet; omisi quae in meo variantium indice lectionum de librorum scripturis et plenius et accuratius tradita sunt; delegi, quae sive ad Plutarchi sive ad aliorum scriptorum vel emendationem vel explicationem aliquid facere videbantur momenti, verane essent omni ex parte an falsa nunc non curans: huius igitur generis non puto quicquam a me esse neglectum, quum vel ea addiderim, quae popularibus suis scripsit senex venerabilis, quoniam lectu et iucundissima sunt et utilissima.

Poteram hic finem imponere praefandi officio, sed restant aliquot loci, de quibus dicere in annotatione pollicitus sum. Horum igitur in primo, qui est Aristid. c. XIX. leguntur haecce: *Θαυμαστόν οὖν τὸ Ἡροδότου, πῶς μόνους τούτους φησὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις, τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων μηδένα. Καὶ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν πεσόντων μαρτυρεῖ καὶ τὰ μνήματα κοινὸν γενέσθαι τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸν βωμὸν οὐκ ἂν ἐπέγραψαν οὕτως, εἰ μόναι τρεῖς πόλεις ἡγωνίσαντο, τῶν ἄλλων ἀτρέμα καθεζομένων,*

*Τόνδε ποθ' Ἕλληνες νίκας κράτει, ἔργῳ Ἀργος
Πέρσας ἐξελάσαντες ἐλευθέρῃ Ἑλλάδι κοινὸν
Ἰδρύσαντο Διὸς βωμὸν ἐλευθερίου.*

Sic hos versus, paucis quibusdam, in quibus discrepant, exceptis, qui ad hunc diem explorati sunt codd. exhibent omnes. Sed quod post priorem hexametrum omissus est pentameter tam insolens visum est Bryano, ut ex Pausania ac Pseudo-Plutarcho de malign. Herodot. p. 873. B. adiiciendum censuerit, cuius iudicium Schaeferus secutus cum Corae inseruit versum huncce:

εὐτόλμῳ ψύχας λήματι πειθόμενοι.

Quam quidem rationem ego tantum abest ut comprobem, ut hunc quoque locum documento esse arbitrer, quam temere interpretes non pauca in scriptis Plutarchi pro suo arbitrio refinxerint. Ac ne illud quaeram, quo pacto fieri potuerit, ut scriptum a Plutarcho versum librarii omiserint, de qua re securos esse video viros doctos, si paulo accuratius quaerere voluissent, dubitatu-ros fuisse existimo, num recte adiciatur iste versus. Etenim mos est scriptoris, ut sicubi poetarum testimoniis utatur, nunc omittat, quae ad rem non pertineant, nunc adiciat de suo, quae rem magis collustrent, omnino immutet sic, ut apta reddat consilio suo. Quod qui exemplo comprobatum cupiat, comparet illa Homericam, quibus utitur Coriolan. XXXII., quae propter sententias ac memoriter laudavit, ut fallatur Coraes, qui quod ap. Plutarchum legitur

τῷ δ' ἄρ' ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη

corrigendum putaverit

τῇ δ' ἄρ' ἐπὶ φρ. κ. τ. λ.

quoniam sic scriptum exstet. Odyss. XXI, 1. Nam profecto qui sententiae ergo hunc versum attulit, eius nihil referebat, cuius generis esset, de quo praedicaretur, modo probaret suam de numine divino sententiam. Re-

liqua autem, quae ex Homero attulit ibidem, tam sunt immutata, ut nonnulla frustra quaerantur in carminibus, ut quidem hodie feruntur, poetae.

Porro vero, ne afferam quae ab aliis ac nuperrime a C. Fr. Hermannō in Specim. cr. in Plat. de superst. p. 13. 55. recte ac scite sunt disputata, ad rem nostram comprobendam insignis est locus in Compar. Solon. c. Poplic. c. I., ubi Solonis quoddam dicterium laudatur duobus comprehensum versiculis hisce:

*μηδέ μοι ἄκλανστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.*

qui versus exstant etiam ap. Stobaeum, ita tamen, ut pro *ποιήσαιμι* scriptum sit *καλλείποιμι*, quam lectionem cauti editoris erat annotare potius quam in ipsam inferre Plutarchi orationem, etsi non dubitamus, quin genuinam Solonis scripturam referat Stobaeus. Sed inde qui continuo sequi putant, Plutarchum quoque sic scribere debuisse, falluntur, mea sententia, haud mediocriter; nam Plutarchum, sive quod eum memoria fefellit, sive ut haec sequentibus melius adaptaret, scripsisse *ποιήσαιμι*, in ipsis illis sequentibus documento est *παρέσχεν* vocabulum, ut taceam illud, a nemine dum ostensum esse, unde alterum traxerit originem. Temere igitur Coraes, quem olim secutus est, nuper reliquit Schaeferus, praetulit Stobaei lectionem: nisi forte quis malit h. l. genuinam Solonis quam veram habere Plutarchi scripturam.

Eodem modo falli puto eos, qui quos Plutarchus affert Solonis versus in eius vita c. XXX.

*Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὀράτε καὶ εἰς ἔπη αἰμύλου ἀνδρὸς.
Ἵμῶν δ' εἰς μὲν ἕκαστος ἀλώπενος ἰχνεσι βαίνει,
Σὺμπασιν δ' ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος.*

his igitur in versibus, qui post hexametrum priorem
librariorum culpa omissum putant pentametrum

εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γενόμενον βλέπετε.

quem alii praestant scriptores. Recte mea sententia
Xylander ipsum omisisse dixit Plutarchum.

Talis consimilisque locos rationis poteram afferre
plures, sed partim occupati sunt ab aliis, partim ad
argumentum, de quo nunc agimus, non pertinent.
Unum afferam ex vita Aem. Pauli c. XV., quem ten-
tavit Coraes: ibi de Olympi altitudine hocce servatum
est epigramma:

*Οὐλύμπου κορυφῆς ἐπὶ Πυθίου Ἀπόλλωνος
Ἰερὸν ὕψος ἔχει (πρὸς τὴν κάθετον δ' ἐμετρήθη)
Πλήρη μὲν δεκάδα σταδίων μίαν, αὐτὰρ ἐπ' αὐτῇ
Πλέθρον τετραπέδῳ λειπόμενον μεγέθει.
Εὐμήλου δὲ μὲν υἱὸς ἐθήκατο μέτρα κελεύθου κ. τ. λ.*

huius igitur epigrammatis ut aequabili versuum ordini
consuleret Coraes edidit:

Ἰερὸν, ὕψος ἔχει (πρὸς κάθετον δ' ἐμέτρει)

hac addita observatione: „*Ἐκ διορθώσεως, ἣν εὗρηκα
προσγεγραμμένην ἀνωλύτως ὃ κέχρηται τεύχει τῶν
Παραλλήλων τῆς Στεφανείου ἐκδόσεως, ἀντὶ τοῦ ἀμέ-
τρου, πρὸς τὴν κάθετον δ' ἐμετρήθη.*“ Ad quae sic
respondet Schaeferus: „*Ἀμετρον* nollem vulgatum di-
xisset, cum aetas citerior plura epigrammata a severo
ordine distichorum elegiacorum aberrantia procuderit.
V. Iacobsii Paralipomena ad Anthol. Graec. T. XIII.
p. 770. Itaque Anonymi coniecturam (quis enim cre-
dat hominem e libro manu scripto petivisse?) non pro-
bo: coarguitque eam ipsum illud *ἐμέτρει*, pro quo,

cum locus non sit imperfecto (nam pervulgatum illud *ἔποιει* artificum Graecorum disparis est generis), scribendum erat *ἐμέτρησε*."

Haec Schaeferus, cui quae monet de citerioris aetatis epigrammatis concedenda esse arbitror (cf. Taylor. ad Demosth. T. II. p. 676. 55. ed. Schaeff.), ut non pervacaciter pugnem, si quis nolit quidquam mutari. Illud tamen quemvis mihi concessurum esse spero, ineptum fuisse versificatorem, qui non viderit, quo alio modo recto servato ordine haec proferri possent in hanc speciem:

Ἰερὸν, ὅψος ἔχει (πρὸς κάθετον τὸ μέτρον)

quod quoties considero probabile mihi videtur antiquitus scriptum fuisse, non improbante olim, si recte memini, Hermanno. Nam quod vulgo legitur nihil videtur aliud esse, quam fusior aliqua alterius explicatio; ac vitii quid in illis verbis latere eo magis licet suspicari, quo corruptiora ante Xylandrum legebantur reliqua.

Sed video me ad dispar delapsum esse argumentum nec dixisse dum de eius scriptura loci, unde profecta est quaestio. Vidimus integrum versum ab interpretibus aliunde esse assumptum, quem putarent omitti plane non posse; sed vidimus illud quoque, Plutarchum eiusmodi testimoniis saepe ita usum esse, uti ex re sua essent, iisque in afferendis interdum parum accuratum fuisse. Atque hoc quidem in loco cur priorem pentametrum omiserit, minime obscurum est. Etenim reprehendens Herodotum, quem carpit ubi potest, quod solis Lacedaemoniis, Atheniensibus ac Tegeatis pugnae honorem concesserit, reliquis Graecis denegaverit, op-

ponit ei numerum interfectorum inscriptionisque in ara positae indolem, ex qua pateat, victoriae laudem ad universam relata esse Graeciam. Quare quae apta sunt ad sententiam suam comprobendam ex illa inscriptione affert, omittens qui non ad rem pertinebat verum secundum, praesertim cum sine ullo et sententiae et constructionis detrimento posset abesse. Itaque non dubitavi verum ab interpretibus temere additum expellere, utpote non ab librariis, sed ab ipso omissum scriptore.

Multa disputata sunt de verbis vitae Caton. c. I. hisce: Τὸν δὲ λόγον ὡςπερ δεύτερον σῶμα καὶ τῶν καλῶν οὐ μόνον ἀναγκαῖον ἀνδρὶ μὴ ταπεινῶς βιωσόμενῳ μὴδ' ἀπράκτως ἐξηρτύετο. Haec igitur verba quum ab Xylandro et Bryano, tum ab reliquis addubitata sunt interpretibus. Iure, ut arbitror. Libri nihil variant, nisi quod ex Anon. allatum est ἀναγκαίων. Et Xylander quidem, ut ordine dicam, disserit in hunc modum: quae sequuntur καὶ τῶν καλῶν virgula sunt distinguenda, ut intelligi possit, esse dictum hoc: orationem non modo necessariam sed et in bonis ac honestis per sese rebus facundiam esse, εἶναι τῶν καλῶν. Patet errasse Xylandrum: nam quocunque modo de h. l. statuatur, illud certissimum est, servata negatione verba καὶ τῶν καλῶν arctissime coniungenda esse cum vv. οὐ μόνον. Perspexit hoc Bryanus, qui relicta vulgata lectione, recte, inquit, Anon. ἀναγκαίων, ut oratio dicatur instrumentum esse non modo honestum, sed et necessarium. De sententia iudicavit non male, quae tamen tantum abest, ut insit in verbis si probetur Anonymi lectio, ut tota pessumdetur vel potius nulla sit verborum structura. Quod interdum, nec

tamen acrius, acutius Reclamo. ut pervenire non indico
datactis quae inperis essent. nescio quo modo accidit
h. l. vix egerit. Nimirum sic comitibus: tunc talis est
miserum anagkaiōn, instrumentum non minus necessarium,
quam sunt artus. Quam asperetur cui placeat con-
iunctura.

Coram autem quod debita negatione scribendam
comitibus: καὶ τῶν καλῶν μόνον ἀναγκαίων, hac sen-
tentia: ἐξηγέτο δὲ καὶ περιπατάτο τὸν λόγον
ὥσπερ δεύτερον σῶμα, καὶ ὥσπερ τῶν καλῶν ὄργα-
νον μόνον ἀναγκαίων ἀνδρὶ μὴ τελειῷ; βιωσομένῳ,
non multum absuit, opinor, quin verum assequeretur.
Sed negatio si delenda sit, alia ac nescio an verior ratio
in prompta est, qua id fieri possit, qua de re statim
dicam. Antea dicendum est Anonymi lectionem ve-
ram esse visam Schaefero, quam sic putaverit distin-
guendam esse: καὶ τῶν καλῶν, οὐ μόνον ἀναγκαίων,
ὄργανον. Quae ratio tantum abest ut probabilis mihi
videatur, ut displiceat cum maxime. Nam et articu-
lus ante ἀναγκαίων, si recte sentio, omitti non poterat,
quoniam non coniunguntur haec unam in sententiam,
sed discernuntur ut opposita, et vero quae assumpta
hac ratione exoritur sententia, nisi totus fallor, sic est
comparata, ut ferri nullo modo possit. Nam quae
praecedunt verba ὥσπερ δεύτερον σῶμα — ἐξηγέτο
tam aperte indicant, inter ea, quae maxime sunt ne-
cessaria Catonem habuisse dicendi facultatem, ut con-
trarius potius expectari debeat verborum ordo hicce:
καὶ τῶν ἀναγκαίων, οὐ μόνον τῶν καλῶν, ὄργανον.

Sed satis dictum est de aliis; superest ut meam sen-
tentiam significem. Duplex, nisi fallor, relicta est ra-

tio, qua huic loco commoda restitui possit sententia; utramque proponam sic, ut iudicium relinquam aliis. Altera haec est, ut servata negatione iusta ac rectè restituantur oppositio, quam, qui ex parte recte sententiam reddiderunt, expresserunt interpretes. Horum Crusenius rem ita instituit: orationem verò, sicut aliorum corpus et organum, non honestum modo, veram etiam necessarium viro, qui non in obscuris sit neque in otio victurus —; similiter Amiotus: *et quand à la parole, estiment que c'estoit un second corps et un util, non seulement honneste, mais aussi necessaire à tout homme qui veut vivre en honneur* —: horum igitur insistens vestigiis si scribendum coniecero: καὶ τῶν καλῶν οὐ μόνον, ἀλλ' ἀναγκαῖον vel ἀναγκαῖον δέ, non vereor equidem, ne quis hanc sententiam a mente scriptoris dixerit alienam. Vocula ἀλλ' quomodo excidere potuerit facillime, sciunt rei palaeographicae periti; idem valet de δέ particula, quam constat intercidisse sexcenties. Habet autem illa particula post sententias negativas plenam vim adversandi, cf. Caes. VIII. οὐ μόνον οἱ μετὰ τοῦτον ἀνιστάμενοι προσετίθεντο, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὰς εἰρημένας γνώμας ἀπειπάμενοι πρὸς τὴν ἐκείνου μετέστησαν: v. Porsonus Praef. ad Eurip. Hec. p. LXVI. Act. phil. Monac. T. III. p. 162. Quod autem dicebam, ex parte recte egisse interpretes, dictum est propterea, quod illi orationem conformarunt sic, quasi scriptum esset, ἀλλὰ καὶ, ut eadem huius loci esset ratio, quae est Perich. XVI. οὐ τῶν ἀναγκαῖων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν καλῶν ὁ πλοῦτος: ea vero particula non est cur h. l. requiratur, quoniam gradatio inest, cf. Herm. ad Vigen p. 837. Restat ut dicam de altera ratione, qua eieci

PLUT. ARIST. ET CAT. M.

situm sit simplex *πάσχειν*. Ne multa, quod supra factum vidimus in Catonis loco, videndum ne hic quoque acciderit, ut aliquis, qui illa de Antipatro scripta legerit, indignatus hominis importunitatem ac nequitiam margini adscripserit: *κακὸς δεσπότης καὶ τύραννος*, quibus, etiam alia de caussa satis languidis, resectis, recte se habebunt omnia.

Sed haec hactenus: quae nihil est quod magis optem, quam ut aequi consulant lectores bonique.

Scribeb. Servestae mense Febuario a. MDCCCXXX.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ.

CAPUT I.

^{Edit.} ^{Reisk.} ^{T. II.} ^{p. 478} ^{Franciae.} ^{col.} ^{p. 318}
Ἀριστείδης ὁ **Λυσιμάχου** φυλῆς μὲν ἦν **Ἀντιοχίδος**, τῶν δὲ δῆμων **Ἀλωπεκῆθεν**. Περὶ δ' οὐσίας αὐτοῦ λόγοι διὰ τοὺς πολλοὺς χρόνους ἀνεκδότους δι' ἀπορίαν γεγενημένους· πρὸς δὲ τοῦτον τὸν λόγον ὑπὸ πολλῶν εἰρημένον ἀντιτασσόμενος ὁ **Φαληρεὺς Δημήτριος** ἐν τῷ **Σωκράτει** χωρίον τε **Φαληροῖ** φησὶ γινώσκειν **Ἀριστείδου** λεγόμενον, ἐν ᾧ τέ-
 479 **θάπται**, καὶ τεκμήρια τῆς περὶ τὸν οἶκον εὐπορίας ἐν μὲν ἡγεῖται τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν, ἣν ἤρξε τῷ **κυάμῳ** λαχὼν ἐκ τῶν γενῶν τῶν τὰ μέγιστα τιμήματα κακτημένων, οὓς **Πεντακοσιομεδίμνους** προσηγόρευον, ἕτερον δὲ τὸν

CAPUT I.

τῶν δὲ δῆμων] vulg. τὸν δὲ δῆμον: geniiv. iam Steph. commendavit, repertusque in Bodl. 3., ad quem accedunt CD, repositus nuper est a Schaefero. V. Steph. ad Themist. c. I. cl. Schaefer. ad Dem. Vol. V. p. 20.

οἱ μὲν] scilicet **φασί**, quod ex praegressis facile intelligitur, ut non accedam Schaefero, corrigenti ὁ μὲν.

λεγόμενον] scribi etiam **γενόμενον** auctor est Steph.

ἦν ἤρξε] A. ἤρχε, qua lectione confirmatur quodammodo quod dudum conieci: ἦν ἤρχεν ὁ τῷ κ. vel ἦν ἤρχεν τῷ **κυάμῳ** ὁ **λαχὼν**,

qui verborum ordo recte se habet h. l., hac sententia: signa autem lauti patrimonii eius unum arbitratum magistratum Aristidis, quem magistratum gerere solebat qui faba sortiretur ex magni census familia. Nam argumentatione utitur hacce: Aristides non potuit obscuro loco natus esse: nam et magistratum gessit et ostracismo patria pulsus est, quod utrumque iis tantum accidit, qui nobili genere nati essent. Quam proposui scripturam etiam Francisc. Barbarus secutus videtur, vertens: magistratum — qui maximo censu censitis obvenire solebat. In vulg. quidem scriptura Demetrius iam ponit, quod demonstrare vult, nobili genere natum fuisse Aristidem.

PLUTARCHI ARIST.

1

ἔκδοκαυρόν· οὐδὲν γὰρ τῶν πενήτων, ἀλλὰ τοῖς ἐξ
 ὅλων μεγάλων καὶ διὰ γένους ὄγκον ἐκπεφύκτων ὄσσε-
 ρον ἐκπιφέρεσθαι· τρίτον δὲ καὶ ταπεινῶν, οἱ νίκης ἀνα-
 θήματα χορηγικοῦς τρίποδας ἐν Ἀστυνέῳ πεπλήλειοντο,
 οἱ καὶ παρ' ἡμᾶς εἰδόμενοι, τοιαύτην ἐπιγραφὴν δια-
 σάξοντες· "Ἀστυνὴς ἐνίκη, Ἀρκακίδαο ἐχορήγη, Ἀρχι-
 στρατος εἰδίδεσθαι." Τούτῳ μὲν οὖν, πάλιν δοκῶν εἶναι
 μέγιστον, ἀντιτίθεσθαι ἴσθαι. Καὶ γὰρ Ἑκαταμένης, ὃν
 πάντες ἀνθρώποι γνώσκουσιν ἐν παντί καὶ τραφέντα πολ- 480
 λῇ καὶ βιάσασθαι, καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος οὐκ ἀφιλο-
 τίμως ἀνεδέξαντο χορηγίας, ὃ μὲν ἀλγικαῖς ἀνδράσιν, ὃ
 δὲ παισὶ κυκλίοις χορηγίας, τοῦτο μὲν ἄλλος τοῦ Συ-
 ρακουσίου τὴν δαπάνην παρέχοντος, Ἑκαταμένης δὲ τῶν
 περὶ Πελοπίδαν. Οὐ γὰρ ἴσθαι τοῖς ἔργοις ἀκέραιος
 καὶ ἀσπονδος πρὸς τὰς παρὰ τῶν φίλων δωρεάς πόλε-
 μος, ἀλλὰ τὰς εἰς ἀπόθεσιν καὶ κλεινοῦσαν ἀγνοεῖς ἡγού-
 319 μνοι καὶ ταπεινάς, ὅσαι φιλοτιμίας τιμὸς ἀπερθεῖς ἔχον-
 ται καὶ λαμπρότητος, οὐκ ἀπαθοῦνται. Παναίτιος μὲν
 τοι περὶ τοῦ τρίποδος ἀποφαίνει τὸν Δημήτριον ὁμωνυ-
 μῶς διεφθαρμένον· ἀπὸ γὰρ τῶν Περσικῶν εἰς τὴν τελευ-
 τὴν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου δύο μόνους Ἀριστελ-
 δας χορηγοὺς ἀναγράφεσθαι νικῶντας, ὧν οὐδέτερον εἶ-
 ναι τῷ Λυσιμάχου τὸν αὐτὸν, ἀλλὰ τὸν μὲν Ξενοφίλου 481
 πατρὸς, τὸν δὲ χρόνῳ πολλῷ νεώτερον, ὡς ἐλέγχει τὰ

μεγάλων] τε μεγ. nulla ab' codd.
 et edd. veti. auctoritate cum Steph.
 reliqui editt.

διὰ γένους] γεν. ex codd. add.
 Steph. Sic C. Deest in AD. Bodl.
 B. et edd. veti. in quibus est δι'
 γένους.

Ἀστυνέου] Ἀστυνέου ACD. Vulc.
 Iunt.

καταλλίλοιον] praebuit C. vulg.
 καταλλίον.

δοκῶν εἶναι] hoc ordine C. vulg.
 εἶν. δοκ. Edd. veti. δοκῶν.

Ἑκαταμένης] Ἑκαταμένης
 C. Ald. et sic mox lidem. Iunt.
 Ἑκαταμένης.

ἀνεδέξαντο] C. εἰδέξαντο. Bryan.
 μισρ. ἀνεδέξαντο ex Aretin. qui
 variti ediderunt.

παισὶ κυκλίοις] Bodl. 3. Iunt.
 πασικυκλίοις. D. πασι πασικυ-
 κλίοις, sed in marg. ab rec. m.
 γρ. πασι κυκλίοις.

Συρακουσίου] Συρρακ. C. Mox
 Πελοπίδαν Iunt.

τοῦ τρίποδος] τῶν τριπόδων
 propter praegressa χορηγικοῦς
 τρίποδας coni. Schaeferus.

Περσικῶν] legi etiam Μηδικῶν
 annotat Steph.; idem mox pro τε-
 λευτήν ex codd. affert ἀρχήν.

Πελοποννησιακοῦ] πελοποννη-
 σιακοῦ Iunt.: alterum ἢ etiam in
 A. erasum est. Passim haec forma
 in Plutarchi codd. conspicua, de
 qua v. Poppo Proleg. ad Thuc.
 Vol. I. p. 1. p. 208. s. et p. 2.
 p. 171.

γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην ὄντα γραμματικῆς καὶ προς-
γεγραμμένος ὁ Ἀρχίστρατος, ὃν ἐν τοῖς Μηδικοῖς οὐδεὶς,
ἐν δὲ τοῖς Πελοποννησιακοῖς συχνοὶ χορῶν διδάσκαλον
ἀναγράφουσι. Τὸ μὲν οὖν τοῦ Παναιτίου βέλτιον ἐπι-
σκεπτέον ὅπως ἔχει. Τῷ δ' ὁστράκῳ πᾶς ὁ διὰ δόξαν ἢ
γένος ἢ λόγου δύναμιν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς νομιζόμενος
ὑπέπιπτεν, ὅπου καὶ Δάμων ὁ Περικλέους διδάσκαλος, ὅτι
